

Et novissimus et vivus et fui mortuus.

*Sacramentum septem stellarum.
Candelabra aurea.*

II. fol. 26. *Incipit commentum super apokalipsin.* Duplici Praefatione munitum, quarum prior inchoat: *Johannes Apostolus et evangelista in pathmos insula relegatus a domitiano principe propter insuperabilem evangelizandi constantiam &c.* Altera: *Merito legendus est iste liber qui est apokalipsis. i. reuelatio ad uestram salutem data &c.* Commentarius ipse exorditur: *Ego iohannes non hereticus non subdulus. sed cui bene credendum est. quia frater uester ex deo patre &c.* Sub finem C. XIII. de Antichristi nomine haec tradit: *Teitan greco nomine dicitur quasi tytan. i. fol. quia ueri solis sibi nomen assumit. In hoc uerbo greci inueniunt numerum illius nominis quod antichristus assumet.* In C. XXI. v. 2. abruptitur *Codex*, qui fortassis ad calcem nomen Autoris prodidisset, quod hactenus inquiringentis diligentiam elusit.

LXIII. VIII H. 28.

757 *Codex partim membraneus, partim chartaceus* Sec. XIV. Folior. 138. 8. non una manu exaratus, rubricis distinctus et olim, ut praenotatur, *Conuentus fratrum sancte Crucis Domus Colonienf.* continet sequentia: I. Textum *Apocalypseos* rescriptum in membrana, cui prius inscripta fue-

Et nouissimus et fui mortuus.

*Mysterium VII. stellarum.
Candelabrorum aureorum.*

rat *Grammatica* quaedam, ut vestigia retegunt.

II. fol. 9. Enarrationem in *Apokalypsin*, cujus hoc initium: *Johannes apostolus in pathmos insula relegatus a domitiano principe propter insuperabilem evangelizandi constantiam et ibi variis tribulationibus affectus &c.*

III. fol. 48. Aliam ejusmodi Enarrationem, quae incipit: *Apokalipsis ihesu christi &c. Apokalipsis reuelatio dicitur. Vnde dauid. Reuela oculos meos &c. Oculi ecclesie sunt apostoli &c.* Prior harum Enarrationum jam *Cod.* praeced. relata est, Posterior vero in C. XVIII. abruptitur. Autores in magno *Apokalypsin* exponentium numero non reperi. Atque hactenus Membrana. Sequuntur in charta:

IV. fol. 74. Sententiae lectae e *Seneca Phil. Socrate, Aristotele, Platone, Diogene &c.* quibus quid simile sub Typographiae primordia titulo *Autoritatum Philosophorum* non semel vulgatum est.

V. fol. 79. sine nomine Autoris *Tractatus Moralis de Virtutibus et Officiis Vitae*, cujus initium: *Moralium dogma philosophorum per multa dispersum volumina tuo quidem instinctu vir optime et liberalis contrahere meditabar. Dumque primo conticinij silencio pro hac re scrutabundus me-*

mo-

moriam consulerem repente sompnus obrepfit &c. Adstant dormienti Cicerone, Seneca, aliique sacri et profani Morum Doctores, e quorum effatis vigil praefens Opusculum contextit. Sub Praef. finem virum illum, quem adloquitur, laudat, quia nec vehemens tumultus huius perniciosissime sedicionis honestatis tibi curam excutit. Titulus I. inscribitur: *De triplici capiendi consilij deliberacione*, et incipit: *Triples est capiendi consilij deliberacio.* &c. II. *De honesto et eius partibus.* III. *De prudentia.* IV. *De iusticia* &c. In margine Auctorum, quorum usus est, citantur nomina, quos inter Salustius, Salomo, Boecius, Juuenalis, Terencius &c. Finis: *sed rei magnitudo usum quoque et exercitacionem desiderat.* *Explicit.*

VI. fol. 96. Excerpta e Cicerone de Amicitia, de Senectute, de Officiis, Precepta Pittagore, de Dictis Boecij, Dicta diuersorum

Philosophorum, Auctoritates beati Jeronimi sane multae, Sentencie siue auctoritates beati ysidori, et alia leviora, inter quae Confessio et quasi ad deum oratio, et alia quaedam Oratio de Cruce, quam Karolo magno a Leone Papa misfam adfirmat Librarius.

VII. fol. 125. p. 2. Johannis cujusdam Tractatus asceticus de Profectu Spiritus, ejusque adminiculis, qui infit: *Gratissimo mihi in christo Symoni nepoti meo. frater Johannes seruus inutilis solo nomine et habitu religiosus salutem et de bono semper in melius proficere. Magnam mihi leticiam tue dilectionis ingessit epistola que te virtutum et eterne vite desiderium habere designavit &c.* Tractationis initium: *Sicut immensa gloria fideliter in religione seruientibus &c.* Finis: *sed amico petenti satisfacere uolui. Vale in deo salutari nostro.*

